

propter visibilium horum inspectionem ad meditandum de invisibilibus Dei: oratur admiratio divinae potentiae in semine: quod ex sic parvo, sic arido, tantæ magnitudinis & viriditatis, & pulchritudinis creatura formetur. Ex admiratione crescat devotione: ex devotione elevatio mentis: ita ut jam ipse hortulus sia oratorium: & creaturæ insensibiles, creatoris magnitudinem prædicent. Sed cavendum est potissimum, ne manus vestra quicquam contingere audeant, quod vanis ulibus possit aptari.

*De horis vespertinis, & completorio.*

Caput XXXIX.

SERPENS morum, omnis otiosus sermo expellatur de medio vestri. Nunquam risus, nunquam cachinnus cor vanum pronunciet. Sic sancti, sic pudici sint actus corporis cuncti: ut mentis sanctitudinem exponant. Homo nempe exterior, interioris index est. Sancto vos in labore, sancto vos in opere debellantes diabolum, vespertina hora reperiat: qua in Ecclesia sancti Deus laudetur officiis.

Si festivitas celebritas: si nimia debilitas communem cœculum brevemque refocillationem corporis potius quam ad delectionem paratum inducerit: vespertina laudes Deo tempestivius perfolvantur quam ceteri jejuniorum diebus: ut nec etiam debita laudes in ultima hora diei, vel omittantur, vel in aliquo dereruntur ob cenam. Post peractam cenam, vel si omittitur post aliquam horulam, juxta exigentiam temporis ad Ecclesiam sorores campanella vocet: ubi vel de sanctorum gestis vel de aliis mirabilibus Dei lectio devota dicatur: Cui succedant completorii laudes: ut ex his robore mentes divino pabulo, nocturnis phantasias occultisque fallacis diaboli occurtere non formident, nec timeant dimicare: & si à divinis obsequiis exortus dies, divinis finiatur in laudibus.

Pot comploriorum vero nihil aliud quam silentium sentiatur: ut sorores quietæ femora totaliter corporis sensibus, que in præterito tempore divinis audierunt lectionibus, ruminent mente, & refringant in corde. Hec meditans unaquecumque suam cellulam aeat: benedictione matris suscepta, & religionis habitum gessans, ut si nature exegerit se in stratu ad quiescendum componat. Si vero dormientem demon insequitur quam vigilante metuerat: si illusiones imiserit, si turpis cogitatione oppofuerit: mox ut Dei sponsa persenserit exurgat: cedatque ignavie & sopori, velox excubitus. Inde protinus horrendum & tremendum diabolo signum crucis opponat, sponsi dilecti invocet auxilium: & sponsus zelotypus qui nimio zelo sponsam custodit, exurget protinus in auxilium sponsæ fure. Scuto circumdabit eam, ne jam timeat à timore nocturno. Et cadent statim à latere ejus mille, & decem millia à dextris ejus: nec appropinquabunt ad eam. Postremò angelis suis mandabit ut custodiunt eam in omnibus viis ejus, ne fortè offendat ad lapidem pedem suum.

*De caritate servanda erga infirmas sorores.*

Caput XL.

BALNEARUM molliciem, caro sponsæ Dei non suscipiat. Harum usus caftis corporibus non competit. Satis nos ipsi experti quotidie quantus in membris nostris libidinis ignis exurat sentimus, etiam si ignis fomenta auferantur pro posse. Nimirum est demens & fatuus, qui materiam præparans igni ad incendium, non vult ut ardeat. Ita decent miserrimas mulierculas: cum periclitantur naufragio partus. Tamen si extrema necessitas infirmanti consulerit: servato omnis pudicitia honore, cum omni modestia fiat. Alias in servis Dei talia cogitare sit nefas. Summopere servetur in vobis: ut erga infirmantes sorores, cum omni sollicitudine, omnis exhibeat cura hospitalitatis, & præbeantur integræ & totius pietatis obsequia. Si periculum exigerit: medicum sobrium & pudicum, & omni suspitione carentem, protinus consulant: & quæ mandaverit sanitati congrua, omni domus necessitate postposita, benignè hant. Si verò defunt necessaria: vendantur quæ mortuæ sunt: ne temporale aliquod misericordiarum impedit opera.

Nulla lex esca, vel potus aut stratus astringat infirmam vel debilem. Tamen sollicitè cavendum est ne ingluies gallositatis sub infirmitatibus velamine, sua commoda querat: & ne infirmitas sub specie sanctitatis, corpus abfumentis contrarit ultra vires: ne corpus dupli fractum stimulo, apud justum judicem deficiens, impium criminetur coenobium & homicidiam. Deputentur custodes infirmantium discretæ & sanctæ forores: quæ sollicitè præcaveant pericula, que imminentur possunt infirmis: ne quid aliquanter contingat adverfi. Onera quoque non aggravent servitrices. Semper Christum cogient in infirma forore latenter: semper se cogitant posse in futurum talibus indigere. Semper lex illa naturæ astricta tenetur sive mentis, sive hominem debere alii id exhibere, quod ab ipsis ipse depositeret. Non inficiat quæso hospitalitatis opera murmur, sed quod fieri decet, cum omni manutudine fiat, juxta Apostolum dicentem: Hospitalitatem sevantes, invicem in charitate sine murmuratione.

*De autoritate Episcopi & prepositi, circa observationes ordinis.*

Caput XLI.

ECCCE vobis, mea domina Eustochium & cetera dilectissima Filiae Christi, Apostolicam vitam rudi & crasto styllo his chartulis scriptam, fenex pater & propinquus jam morti, upote centenarius in ætate, devoto affectu transfigit. Hoc speculum æternum, per hoc ænigmata in praesenti vita, felicitatis viam unaquecum filiarum, assida meditatione cernat. Non causat grossities corticis, medullam requiringi contemptum. Non imperitus & ruficarus sermo, fastidium generet. Talia decent poëticas fabulas. Non est opus pietatis & totius veritatis legi rhetorum pompis. Haec omnia juvenum interfunt. Ex hac singulis diebus velut ex delectabilis ferculo, singulum vobis sumite bolum. Hunc non tranfigurando: sed magna morofitate masticando, hinc inde transferte per ora, ut sentire valeatis dulcedinem. Fator enim vobis quod ex his quæ scribuntur si sedula sit meditatione, exurgent vobis talia, qualia lingua humana non novit, quamquam & hoc imperfectum sit opus. Nulla enim tam sancta, tam iusta, & diu provisa est constitutio: que in futurum, plurimos non patiatur defectus: que aliquando correctione non egeat. Propterea si quid in haec normula Apostolice vita & religionis, dispensatione, correctione, vel immutazione indiget: Episcopo vefro, aut preposito vefro presbytero sancto committo, ut secundum plenitudinem Spiritus sancti dispenset, mutet & corrigit. Sic itaque carissime filiae, sanctos vivite dies: Sit Christo nuptiali fœdere copulata, ut non vacua lampade paratas vos semper media in nocte cum venerit sponsus vocatus ad nuptias inveniat: nequaquam vobis per exteriora quarentibus oleum: ne tanquam fatuis ex tarditate, thalami negetur introitus. Senectutem vestri devoti Hieronymi, sanctis veftri juvate orationibus.

*De caritate servanda erga infirmas sorores.*

Caput XL.

*CENSURA EPISTOLÆ SEQUENTIS.*

*Abundè satis arbitror admonere tantum hoc opus ejusdem artificis esse, cuius id quod proximè precessit.*

*CHROMATIUS ET HELIODORUS*  
Episcopi Hieronymo.

DILECTISSIMO fratri Hieronymo presbytero, Chromatius & Heliodorus Episcopi salutem in Domino. Oramus Maria regina virginis, simul & nativitatem atque infantiam Domini nostri Jesu Christi in apocryphis invenimus libris: in quibus multa contraria nostra fidei confundentes scripta, recusanda credimus universa: ne per occasionem Christi, latitium Antichristi tradere. Ita sicut nobis considerantibus, extiterunt viri Dei, Armenius & Virinus, qui dicentes sanctitatem tuam beatissimi Matthæi Evangelistæ manu scriptum volumen Hebreum inveniisse, in quo & virginis matris & salvatoris infantia esset scripta: & idcirco tuam charitatem per ipsum Dominum nostrum Jesum Christum exprimus: quatenus & illud ex Hebreo Latinis auribus tradas: non tantum ad percipiendum quæ sunt Christi

insignia, quantum ad hæreticorum astutiam excludendam: qui ut doctrinam malam instituerent, bonam Christi nativitatem, suo mendacio miscerunt: ut post dulcedinem vite, mortis amaritudinem occularent. Et erit ergo purissima pietatis, vel ut rogantes fratres exaudias, vel Episcopos exigentes charitatis debitum, quod idoneum credideris recipere facias. Vale in Domino, & ora pro nobis.

*HIERONYMUS CHROMATIUS*  
& Heliodoro Episcopis.

DOMINIS sanctis & beatissimis, Chromatio & Heliodoro Episcopis, Hieronymus exiguus Christi servus in Domino salutem. Qui terram auri conscient fodi, non illuc arripit quicquid folia profuderit lacerata, sed priusquam fulgens pondus vibrantis jaetus ferri suspendat, interim vertendis suspendendis cespibus immoratur, & specialiter qui nondum lucis augetur. Arduum opus injungitur, cum hoc fuerit mihi à vestra beatitudine imperatum, quod nec ipse sanctus Matthæus Apostolus & Evangelista voluit in aperto conscribi. Si enim hoc secretum non esset, Evangelio utique ipsius quod edidit addidisset: sed fecit hunc libellum Hebraicis literis obsignatum: quem usque adeo edidit, ut & manu ipsius liber scriptus Hebraicis literis à viris religiosissimis habeatur, qui etiam à suis prioribus per successus temporum suscepserunt. Hunc autem ipsum librum, nunquam aliqui transferendum tradiderunt: textum ejus alter atque alter narraverunt.

Sed factum est ut à Manichæi discipulo nomine Seleuco: qui etiam Apostolorum gesta falsa sermone conscripsit: hic liber editus, non adiunctioni, sed destructioni materiam exhibuerit: & quod talis probaretur in synodo cui meritò aures Ecclesiæ non patuerent. Cesset nunc oblatrancum morbus: non istum libellum canonicus nos superaddidimus scripturis: sed ad detegendum hæreses fallaciam, Apostoli atque Evangelista scripta transfirimus: in quo opere non tam piis iubentibus Episcopis obtemperamus, quam impis hereticis obviavimus. Amor igitur est Christi qui satisfacimus, credentes quod nos suis orationibus adjuvent: qui ad salvatoris nostri infantiam sanctam per nostram potuerint obedientiam pervenire.

*DE NATIVITATE SANCTÆ Mariæ.*

PETITIS à me ut vobis rescribam, quid mihi de quodam libello videatur, qui de nativitate sanctæ Mariæ à nonnullis habetur. Et ideo scire vos volo multa in eo falsa inveniri. Quidam namque Seleucus, qui paflones Apostolorum conscripsit, hunc libellum compoſuit. Sed sicut de virtutibus eorum & miraculis per eos factis vera dixit: de doctrina vero eorum plura mentitus est: ita & hic multa non vera de corde suo confinxit. Proinde ut in Hebreo habetur: verbum ex verbo transferre curabo. Si quidem sanctum Evangelistam Matthæum eundem libellum liquet compofuisse: & in capite Evangelii sui, Hebraicis literis obsignatum opposuisse: quod an verum sit, autori præfationis & fideli scriptoris committo. Ipse enim ut hæc dubia esse pronunciò: ita liquido falsa non affirmo.

Illiad autem liberè dico, quod fidelium neminem negaturum puto, sive haec vera sint sive ab aliquo conficta, sacra sanctorum sanctæ Mariæ magna miracula præcessisse, maxima consecuta fuisse: & idcirco salva fide ab his qui Deum ista facere posse credunt, sive pericula animæ sua credi & legi posse. Denique in quantum recordari possum, sensum non verba scriptoris sequens, & nunc eadem semita non eisdem vestigis incedens: nec quibusdam diverticulis ad eamdem viam recurrens: sic narrationis stylum tentabo: & non alia dicam quæ aut scripta sunt ibi, aut consequenter scribi potuerunt.

Igitur beata & gloria virgo Maria de stirpe regia & familia David oriunda: in civitate Nazareth nata, Jerozolymis in templo Domini nutrita fuit. Pater ejus Joachim: Mater verò Anna dicebatur. Domus paterna est ex Galilea & civitate Nazareth. Maternum autem genus ex Bethlehem erat. Vita eorum simplex & recta apud Dominum, apud homines irreprehensibilis erat & pia. Nam omnem substantiam suam trifariam diviserunt. Unam partem templo &

templi servitoribus impendebant: aliam peregrinis & pauperibus erogabant: tertiam sua familie usibus & sibi referabant. Ita isti Deo chari, hominibus pī: per annos circiter viginti, castum domi conjugium sine liberorum procreatione exercebant. Voverunt tamen si forte Deus donaret ei sobolem: eam se Domini servitio mancipatus: cuius rei gratia & Templum Domini singulis per annum feliçiter frequentare solebant. Factum est autem ut encæliorum festivitas appropinquaret: unde cum nonnullis contribulibus suis Jerozolymam & Joachim ascendit.

Ea verò tempestate Isachar ibi pontifex erat. Cumque inter ceteros concives suos etiam Joachim cum oblatione sua videret, despexit eum, & munera ejus sprevit: interrogans eum inter fecundos, infuscundos ipse stare præsumeret: dicens, munera nequam Deo digna posse videri: quem ipse prole indignum judicasset, scriptura dicens: maledictum omnem esse, qui non genuit masculum in Israhel. Dicebat ergo prius cum ab hac maledictione, sobolis generatione solvendum, & sic dum dum in conspectu Domini cum oblationibus suis esse venturum. Cujus opprobrii objectu, pudore magno suffusus Joachim, ad pastores qui cum pecudibus erant, in pacuis suis secessit. Neque enim dominum repetere voluit: ne forte à contribulibus suis, qui simili aderant, & hoc à saeculo audierant, eodem opprobrii elogio notaretur.

Verum cum ibi aliquandiu esset quædam die cum esset solus, angelus Domini ei cum imminente lumine altitudo. Qui tū ad ejus vilionem turbaretur: angelus qui ei apparuerat, timorem ejus compescuit, dicens: Noli timere Joachim, neque in visione mea turberis. Ego enim sum Angelus Domini, missus ab ipso ad te, ut annuciem tibi precies tuas esse exauditis, & eleemosynas tuas ascenditis in conspectum ejus. Videas quippe vidit pudorem tuum, & audiuit sterilitatis opprobrium non recte tibi objectum. Peccati namque non naturæ ultor est Deus: & ideo cum aliquid uteum claudit, ad hoc facit, ut mirabilis denuo aperiat: & non libidinis esse quod nascitur, sed divini muneros cognoscatur.

Prima enim genitæ vestre Sara mater, nonne usque ad octogesimum annum infœcunda fuit: & tamen in ultima senectutis ætate genuit Isaac, cui reprobatio omnium gentium. Rachel quoque tantum Domino grata, tantum à sancto Jacob adamata: di steriles fuit: & tamen Joseph genuit, non solum dominum Ægypti, sed plurimum gentium fane peritura liberatore. Quis in ducibus vel fortior Samlone, vel sanctior Samuele? Et tamen hi ambo steriles matres habuerent. Si ergo ratio verbis meis tibi non persuaderet credere dilatos diu conceptus & steriles partus mirabiliores esse solere. Proinde Anna uxor tua pareret tibi filiam: & vocabis nomen ejus Mariam: haec erit, ut novis, ab infante sua Domino consecrata: & Spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris. Omne immundum neque manducabit neque bibet: neque inter populares forinsecus turbas, sed in Templo Domini converatio ejus erit: ne quid de ea sinistrum vel suspicari saltet possit vel dici.

Itaque ætate procedente, sicut ipsa mirabiliter ex sterili nascetur: ita incomparabiliter virgo generabit altissimum filium, qui Iesus vocatur: secundum nominis etymologiam Salvator omnium gentium erit. Et hoc tibi eorum quæ annuncio signum erit: Cum perveneris ad auream, in Jerozolymis, portam: habebis ibi obviam Annam uxorem tuam, quæ de tua regressione tardatione modo sollicita: tunc in aspectu tuo gaudebit. His dictis angelus diffidit vel dici.

Deinde apparet Annae uxori ejus dicens: Ne timeas

Anna, neque phantasma putas esse quod vides. Ego enim

suum angelus ille, qui preces & elemosynas vestras obtulit,

in conspectu Dei: & nunc missus sum ad vos, ut annunciem

vobis nascituram filiam: quæ Maria vocata, super omnes

mulières erit benedicta. Hæc à nativitate sua, statim Domini gratia plena, tribus ablactationis sue annis in domo paterna permanebit. Postea servitio Domini mancipata, à templo usque ad intelligibiles annos non discedet. Ibi denique jejunii & orationibus nocte ac die Deo serviens, ab omni imundo se abstinebit. Virtus nunquam cognoscet: sed sola sine exemplo, sine macula, sine corruptione, sine virili commixtione, virgo filium, ancilla Dominum, & gratia & nomine & operi, salvatorem mundi generabit. Itaque surge, ascende Jerusalēm: & cum perveneris ad portam, quæ aurea, pro eo

quod deaurata est, vocatur: ibi pro signo, virum tuum, pro cuius incolumitatem statu sollicita es, obvium habebis. Cum haec igitur ita evenierit, scito quod qua annuncio, sine dubio complenda erunt.

Igitur iuxta angeli præceptum: uterque de loco in quo erant promoventes, afferenderent Jerusalēm: & cum ad locum pervenissent, angelico vaticinio designatum, ibi sibi invicem obviaverunt. Tunc de mutua sua viuione leti: & promissi prolixi certitudine securi, debitis Domino humilium exaltatori, gratias egerunt. Itaque adorato Domino domum regredi, divinum promulsum certi & hilares expectabant. Concepit ergo Anna, & peperit filiam: & iuxta mandatum angelicum, parentes vocabant nomen ejus Mariam. Cumque trium annorum circulus volveretur, & ablactationis tempus completum esset: ad templum Domini virginem cum oblationibus adduxerunt.

Erant autem circa templum, iuxta quindecim gradum psalmos, quindecim ascensionis gradus. Nam quia templum erat in monte constitutum altare holauit qui fornicatus erat, adiri, nisi gradibus non valebat. In horum itaque uno, beatam virginem Mariam parvulum parentes constituerunt. Cumque ipsi vestimenta que in itinere habuerant exercent, & cultioribus ex more vestibus se & mundioribus induerent: virgo Domini cunctos sigillatim gradus, sine ducenti & levantis manu ita ascendit, ut perfecta extati in hac duxat causa nihil deesse putares. Jam quippe Dominus in virginis sua infancia, magnum quid operabatur: & quanta futura esset, hujus miraculi indicio praemonstrabat.

Igitur sacrificio, secundum consuetudinem legis celebratio, & votu suo perfecto: virginem intra septa templi, cum aliis virginibus ibidem educandam dimiserunt: ipsi vero, dominum regredi possent. Virgo autem Domini, cum etatis processu & virtutibus proficiebat: & iuxta Psalmistam, pater & mater deservienter eam: Dominus autem aspexit eam. Quotidie namque ab angelis frequentabatur: quotidie divina visione fruebatur: quae eam à malis omnibus custodiebat, & bonis omnibus redundare faciebat. Itaque ad quartum decimum annum usque pervenire, ut non solum nihil de ea mali reprehensione dignum confingere posset: sed & boni omnes qui eam noverant, vitam & conversationem ejus, admiratione dignam judicarent.

Tunc pontifex publice denunciabat, ut virgines quæ in templo constituebantur, & hoc etatis tempus implebant, dominum reverenter: & nuptias secundum morem gentis, & etatis maturitatem, operari darent. Cui mandato cum cetera prona parvissent: sola virgo Domini Maria hoc se facere non posse, respondit dicens: Se quidem & parentes suos Domini servitio mancipasse: si quippe se ipsum Domino virginitatem vovisse: quam nunquam viro aliquo commixtio more cognito, violare vellet. Pontifex vero in angustia constitutus animi, cum neque contra scripturam, que dicit: Vovete & reddite, votum infringendum putaret: neque morem genti insuetum introducere audebat, præcepit ut ad festinationem que imminebat, omnes ex Ierosolymis & vicinis locis primores adfessi: quorum consilio scire posset, quid de tam dubia re faciendum esset.

Quod cum fieret, omnibus in commune placuit Dominum super hac re esse confundendum. Et cunctis quidem oratione incubentibus, pontifex ad confundendum Deum, ex more accessit. Nec morta cunctis audientibus, de oraculo & de propitiatori loco, vox facta est secundum Isaia vaticinium, requirendum esse cui virgo illa commendari & despontari deberet. Liquebat enim Isaiam dicere: Egredietur virga radice Jesse, & flos de radice ejus ascendat: & requiescat super eum Spiritus Domini: spiritus sapientia & intellectus: spiritus consilii & fortitudinis: spiritus scientia & pietatis: & replebit eum spiritus timoris Domini. Secundum hanc ergo Prophetiam, cunctos de domo & familia David, nuptias habiles, non conjugatos, virgas suas allatuos ad altare prædictis: & cujuscumque post allationem virgula florem germinasset: & in ejus cacumine Spiritus Domini in specie columba confidisset: ipsum esse cui virgo commendari & despontari deberet.

Erat autem inter ceteros Joseph, homo de domo & familia David grandevus: cunctis vero virgas suas iuxta ordinem deferentibus, solus ipse suam subtraxit. Unde cum nihil divinae voci consonum apparuerit: pontifex iterato Deum

confundendum putavit. Qui respondit solum illum ex his qui designati erant, virgam suam non attulisse, qui virginem desponsare deberet. Prodius est itaque Joseph. Cum enim virginem suam attulisset: & in cacumine ejus, columba de celo veniens confidisset: liquido omnibus patuit ei virginem desponsandam fore. Igitur nuptiarum jure de more celebrato, ipse quidem in Berleem recedit civitatem, domum suam disponitus, & nuptias necessaria procuratus. Virgo autem Domini Maria, cum aliis septem virginibus coevis & collateraneis, quas a sacerdote acceperat, ad domum parentum suorum in Galilæam reversa est.

His vero diebus, primo scilicet adventus sui in Galilæam tempore, missus est ad eam angelus Gabriel a Deo: qui ei conceptum dominicum narraret, & conceptionis, vel modum vel ordinem exponeret. Denique ingressus ad eam cubiculum quidem ubi manebat, ingenti lumine perfudit: ipsam vero gratiantissime salutans, dixit: Ave Maria virgo Domini gratissima: virgo grata plena, Dominus tecum: benedicta tu pra omnibus mulieribus: benedicta pra omnibus haec tenus natis hominibus. Virgo autem quæ jam angelicos bene novet vultus, & lumen celeste insuetum non habebat: neque angelica visione terita, neque lumina magnitudine stupet: sed in solo ejus sermone turbata est: & cogitare capitur qualis ista salutatio, tam insolita esse posset, quid portenderet, vel quem finem esset habitura. Huic cogitationi, angelus divinitus inspiratus occurrit: Ne times, inquit, Maria, quasi aliquid contrarium tua castitati hac salutatione pertexam. Invenisti enim gratiam apud Dominum: quia castitatem elegisti. Ideoque virgo sine peccato concepit & partus filium. Hic erit magnus, qui dominabitur a mari usque ad mare: & a flumine usque ad terminos orbis terra. Et filius altissimi vocabitur: quia qui in terris nascitur humili, in celo regnat sublimis. Et dabit illi Dominus Deus sedem David patris ejus, & regnabit in domo Jacob in æternum, & regni ejus non erit finis. Ipse quippe rex regum & Dominus dominus esset: & chronos ejus in seculum facul.

His angelis verbis, virgo non incredula, sed modum sciens, respondit: Quomodo istud fieri potest? Nam cum ipsa virum iuxta votum meum nunquam cognoscere: quomodo sine virili seminis incremento parere possum? Ad hoc angelus: Ne existimes, inquit, Maria quod humano more concepias. Nam sine virili commixtione, virgo concepiens, virgo paries, virgo nutriri. Spiritus enim sanctus supervenient in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, contra omnes ardore libidinis. Ideoque quod nasceretur ex te, solum erit sanctum: quia solum sine peccato conceptum, & natum, vocabitur Filius Dei. Tunc Maria manibus expansis, & oculis ad celum levatis, dixit: Ecce ancilla Domini, neque enim dominæ nomine digna sum, fiat mihi secundum verbum tuum. Longum fortè & quibusdam tardius erit, si cuncta huic opusculo inserere voluerimus: quae nativitatem dominicam vel præcessisse vel subsecuta fuisse legimus. Unde his omisssis, quæ in Evangelio plenus scripta sunt, ad ea quæ minus habentur, narranda accedamus. Joseph igitur a Iudea in Galilæam veniens, despontatam sibi virginem, uxorem ducere intendebat: jam namque tres fluxerant menses, & quartus instabat, ex eo tempore quo sibi despontata fuerat. Interea paulatim utero puerpera intus, puerperam se manifestare ceperit: neque hoc lateare potuit Joseph. Nam sponsi mox liberius ad virginem introiens, & familiarius cum ea loquens, gravidam esse deinceps.

Astutare itaque animo & fluctuare cepit: quia ignorabat quid sibi potissimum esset faciendum. Neque enim eam traducere voluit, quia justus erat. Neque fornicationis suspitione infanare, quia pius. Itaque cogitabat clam diffolare conjugium, & occulte dimittere eam. Hæc autem eo cogitante, ecce angelus Domini ei apparuit in somnis, dicens: Joseph fili David noli timere: hoc est, ne velis fornicationis suspitionem in virgine habere, vel aliquid sinistrum cogitare, neque timeas eam in uxorem ducere. Quod enim in ea natum est, & nunc animum tuum angit: non hominis, sed Spiritus sancti est opus. Pariet enim omnium virgo sola Dei filium, & vocabis nomen ejus Jesum, id est salvatorem: ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum. Igitur Joseph secundum angelii præceptum virginem uxorem duxit: nec tamen cognovit eam, sed castè procurans custodivit. Jamque nonus à conceptione instabat mensis,

mensis, cum Joseph uxore, cum aliis quæ necessaria erant assumpta, Bethleem civitatem unde ipse erat, tetendit. Factum est autem cum essent ibi, impleti sunt dies ut pareret: & peperit filium suum primogenitum, sicut sancti Evangelistarum docuerunt, Dominum nostrum Jesum Christum: qui cum Patre & Filio & Spiritu sancto vivit & regnat Deus per omnia fæcula seculorum.

## CENSURA EPISTOLÆ SEQUENTIS.

Eadem facundia, eadem eruditio, idem sermonis lepos. Illud ridiculum, hominem ne tantulum quidem patuisse dilectionis figuram variare. Omni, quod aiunt, pedi eundem inducit calcum. Apud hunc artificem eodem utinamur charactere onnes, Hieronymus, Augustinus, Cyrilus, Eusebius, & Ambrosius: apud hunc opinor balbutire ipse Tullius. Illud brevitatem admonet pium lectorem, nihil esse, in quo bonarum horarum ullam partem collocat: nec egerit divisus Hieronymus bujusmodi fucus, nec dignatur à tam insuso pingi artifice.

EUSEBIUS DE MORTE  
Hieronymi ad Damatum.

PATRI Reverendissimo Damaso Portuensi Episcopo: & Christianissimo Theodosio Romanorum senatori. Eusebius olim Hieronymi sanctissimi discipulus, nunc vero eodem orbatus lumine, plium dolore & suavissimum gaudium. Multifariam multisque modis olim Deus locutus est omnibus, nobis per suum dilectissimum filium sanctum Hieronymum, de Scripturis sanctis in virtutibus & prodigiis multis: quæ per illum fecit ipse Dominus in medio nostri, sicut vos scitis, de quo & testes sumus, qui cum vidimus, & oculis nostris ejus sanctitatem perspeximus: & manus nostræ contrectaverunt de verbo ejus scientia & doctrina, quibus vita manifestata est.

Quod ergo vidimus & audiimus, annunciamus vobis. Eramus enim tanquam oves ertantes, erroneis & superficiis fabulis: non audientes sanam doctrinam: sed coacervantes nobis pseudoprophetas: qui surgentes in populo magistri mendaces, introducebant lectorum varie perditionis, docentes iste illucserent dies, qui tanquam sol refulgens, quinquaginta annis & sex mensibus, multis laboribus & ærumnis, in lectiōibus & vigiliis: ut nobis frangeret panem doctrinæ desudans, tenebras errorum profugans, & cunctos à perditione liberans, effulgit in Templo Dei; incipiensque ab Oriente usque ad Occidentem, auferens bella hereticorum, eorumque arcum conterens: arma & scuta eorum combulsi igni. Quoniam in ipso Deus posuit prodigia super terram, ut nomen suum manifestatum fieret in nationibus.

Deinde pertransiens usque ad fines terra, fanando oppresos ab hereticorum jaculis, illuminando mentes hominum, scripturarum ænigmata relerando, solvendo nodos, obscuram dilucidando, dubia expoendo, confutando & corrigendo falsitates, & veritatem ex linguis quamplurimis adunando, ut nobis notas faceret vias vita, & nos adimpleret gaudio, lætitia & exultatione: Templum Domini corroboravit, & ejus adiutum infastr lucerna non sub modo, sed supra candelabrum in Domini aula posita, dominico irriguo rore plenissimè fecundata, posteris omnibus suorum verborum præsumptuosa ceteris elegantia singulare, excellens omnibus aliis patefecit: ut irent in civitatem habitationis, & locum gloriae invenirent: & ne fierent velut priores eorum genus peraramur, quos direxit & liberavit ab errorum perditione.

Cum enim sim sicu stipula ante faciem venti, & sicut lumen platearum balbutientis, loqui nesciens, nec verba plenè formare valens: quid impetrari vobis charissimi patres & Domini sui laudes? Nempe iuxta illud Apostoli: Si linguis hominum loquerer & angelorum, suum laudandi genus nec dum attingerem. Idcirco non in arcu meo sperabo: nec gladius meus salvabit me; sed Dominus erit illuminatio mea. Qui docuit & docebit manum meam ad scribendum, & dirigit linguum meum ad loquendum, ut quondam asina Balalaem. Quoniam ipsis est regnum & imperium, & dominatur à mari usque ad mare: & a flumine usque ad terminos orbis terrarum: In cuius cuncta sunt posita ditione: coram Tom. V.

quo procident reges: nec est qui suæ possit resistere voluntati. Quoniam omnia quæcumque volunt, fecit, in celo, terra, mari, & in abyssis. Et sic lingua mea tanti viri laudem meditabitur: & nomen suum annunciat universis.

Hic verè fuit ille Israëlite, in quo dolus non fuit: electus secundum cor Domini, ad loquendum omnia quæ sibi mandaverat Dominus, universis gentibus, & regnis, & doctoratus in gentibus: ut fentes evelereret, defrueret, disperderet, & dissiparet: & sapientiam veram seminareret, adficaret, atque plantaret. Hic est fratrū amator: hic est qui populo Christiano tot librorum volumina ex linguis Hebraicæ & Græca in Latinum, non parvo pondere transtulit. Ecclesiæ officium primitus ordinavit: & totus sacra Scriptura aspera fecit plana. Certè in hujus lumine videmus lumen: & pane sua salutifera doctrina pasti, ambulamus usque ad montem Dei Oreb. Hic est flumen aquæ vive splendidum tanquam crystallum, procedens de sede Dei in medio Ecclesiæ. Et ex utraque parte ejus lignum vita, afferens fructus tempore suo: cuius folia ligni, sunt ad gentium famam. Vic iste in populo suo mirificus apparuit, & Deo dilectus & hominibus, orat nunc pro Ecclesiæ sancta. Vas verè admirabile, omni ornatum lapide pretioso, opus excelsi.

Verumtamen de hoc quid plura dicam: cujus enarrant cœli gloriam, & opera scripturarum manuum ejus annunciat firmamentum: Nec sint loquela neque sermones, cujus non audiantur doctrina verba: cum in omnem terram exitus sonus ejus.

O ineffabilis misericordia salvatoris: quæ tot gratiarum cumulos in Hieronymo adunata: ut ad ea quæ solus possideret, penè nulli hominum nisi particulariter fas sit aspirare. Hic certè dux nostræ fidei ad se currentes in cœli contrahit arcam. Hunc præ ceteris potioribus ornatum insigniis dignatum, in cantilenis & proverbiis, operationibus & interpretationibus mirata sunt gentes. Cuius nota facta est in populis virtus: quia impletus est quasi flumen sapientia. Sed ut vera dicam, iuxta illud regina Saba: Major est enim sapientia & opera sua, quam rumor quem audistis. Quam certè bonus est iste his qui recte sunt corde: quoniam malitia semper odit. Fecit enim mirabilia in terra nostra. Sub umbra illius sedimus: & fructus illius dulcis gutturi nostro. Quanta autem de eo audivimus & cognovimus: quoniam annunciamus?

Atque ego vidimus & audiimus, annunciamus vobis. Eramus enim tanquam oves ertantes, erroneis & superficiis fabulis: non audientes sanam doctrinam: sed coacervantes nobis pseudoprophetas: qui surgentes in populo magistri mendaces, introducebant lectorum varie perditionis, docentes iste illucserent dies, qui tanquam sol refulgens, quinquaginta annis & sex mensibus, multis laboribus & ærumnis, in lectiōibus & vigiliis: ut nobis frangeret panem doctrinæ desudans, tenebras errorum profugans, & cunctos à perditione liberans, effulgit in Templo Dei; incipiensque ab Oriente usque ad Occidentem, auferens bella hereticorum, eorumque arcum conterens: arma & scuta eorum combulsi igni. Quoniam in ipso Deus posuit prodigia super terram, ut nomen suum manifestatum fieret in nationibus.

Deinde pertransiens usque ad fines terra, fanando oppresos ab hereticorum jaculis, illuminando mentes hominum, scripturarum ænigmata relerando, solvendo nodos, obscuram dilucidando, dubia expoendo, confutando & corrigendo falsitates, & veritatem ex linguis quamplurimis adunando, ut nobis notas faceret vias vita, & nos adimpleret gaudio, lætitia & exultatione: Templum Domini corroboravit, & ejus adiutum infastr lucerna non sub modo, sed supra candelabrum in Domini aula posita, dominico irriguo rore plenissimè fecundata, posteris omnibus suorum verborum præsumptuosa ceteris elegantia singulare, excellens omnibus aliis patefecit: ut irent in civitatem habitationis, & locum gloriae invenirent: & ne fierent velut priores eorum genus peraramur, quos direxit & liberavit ab errorum perditione.

Certè hic est verè martyris, qui propter iustitiam, & mansuetudinem, & salutifera doctrina lux verba, in hujus mundi lachrymarum falo, certamen forte à malorum cœtu viriliter supportavit, sciens quoniam omnium fortior est sapientia. Nec impie gessit in conspectu Dei: sed in omnibus tribulationibus suis, invocans Dominum, non peccavit labiis suis: nec stolidus aliquid contra Deum locutus est. Taceam namque quot tribulationes, labores, afflictiones, cruciatibus, agones, flagella, fames, siti, amaritudines, tempestates, tentationes, abfintencias, vigilias, peregrinationes, carnis macerationes, nudities, jejunia, ærumnas: & non solum hæc, sed graviora & innumerabilia propter Jesu Christi nomen, in suo glorioſissimo perpulsus est corpore, ut idem loquitur.

Stabam in eremo constitutus, & in illa vasta solitudine, quæ exulta foli ardoribus, monachis horridum præstat habitatculum: cogitans me Romanis potiri deliciis, quotidie gemitis, quotidie lachryma. Et si quando me somnis immensis oppresisset repugnantem: nuda humo vix ossa hæc.